IVDITH
BETHVLIÆ OBSESSÆ PROPVGNATRICIS TRIVMPHVS.

A FLAVIO LANCIANO

Notis Musicis alligatus.

In Sacello Archiconfraternitatis Sanctissimi Crucifixi
Feria sexta post Dominicam Passionis
Anni Domini MDCLXXXIX.
decantandus.



ROMAE,
Typis Marci Antonij, & Horatij Campanæ MDCLXXXIX.

SVPERIORVM PERMISSV.



INTERLOQVVTORES.

Iudith.
Ozias.
Achior.
Holofernes.
Vagao.
Chorus Assyriorum.
Chorus Hebræorum.



ARGOMENTO
DELLA PRIMA PARTE.



Elibera Holoferne trà le adulazioni, & applausi di Vagao suo famigliare, e di tutto l'Essercito Assirio la presa di Bettulia. Achior solamente gli contradice mettendogli in considerazione la forza del Dio de gli Hebrei. Sdegnato l'Essercito vuole vcciderlo, e vien da Holoferne saluato, con dissegno ch' egli prima si disinganni vedendo la rouina di Bettulia intimata frà cinque giorni, e nell' istessa rouina riceua egli la pena del suo errore. Ozia, intesa da Achior l'imbasciata d'Holoferne, piange come certa la distruzzione della Patria. Ne vien ripreso da Achior, e poi da Giudit, la quale con applauso di tutto il popolo si parte promettendo di liberar la Patria dall' Assedio.

Fine dell' Argomento della Prima Parte.



ARGOMENTO
DELLA SECONDA PARTE.



Rriua Giudit al Campo inuocando l'assistenza di Dio al suo dissegno. E' lodata da Vagao ad Holoferne, il quale à prima vista se ne innamora. Le promette sicurezza nel Campo, mettendo nel di Lei arbitrio sì l'entrare, che l' vscire dal suo Padiglione in ogni tempo; e con varij complimenti l' introduce nell' istesso, accioche ne prenda il possesso. Ozia, vedendo già venuto il quinto giorno, nè rimirando comparire Giudit, dispera la riuscita dell' impresa, e vien da Achior animato à sperarla. Vagao, vedendo già auanzato il quinto giorno, stupisce che Holoferne non esca dal Padiglione. Lo chiama, e nol sentendo rispondere, apre finalmente il Letto, doue trouando Holoferne decapitato, detesta la credulità, con che si fidarono di Giudit, & inuita l'Essercito alla fuga. Ritorna Giudit trionfante in Bettulia, e trà gli applausi di tutto il Popolo rende le grazie à Dio del riportato Trionfo.



PARS PRIMA.

Symphonia Tubarum.

Holof. Eroces tubarum
Tonate clangores.
Si ſtellæ non vetant,
Aſſyrij nunc metant
Palmarum
Decores.
Feroces &c.
Ad arma gaudentes
Volate, Victores.
Iàm parat vicina
Bethuliæ ruina
Recentes
Honores.
Ad arma &c.
Victorijs aſſueti
Cùr à vincendo, milites, ceſſatis?
Ite, currite læti.
De tot hucuſque Regnis debellatis
Tantus hoſtibus terror,
Tanta vobis eſt gloria,
Vt eadem nunc ſit pugna, & victoria.
Si triumphale nomen
Nobis Nabuchodonoſor aſſiſtet,
Quis, quis vnquam reſiſtet?
Ite: Tam bonum omen
Vobis palmas frequentes,
Hoſtibus autem afferet terrores.
Feroces tubarum
Tonate calgores.

Vag. Noſtri terreni Iouis
Holofernes tu es bellicum fulmen.
Palmis vbique nouis
Gloriæ maioris ad ſublime culmen
Eleuatum à te illum tu cernes.

Cho. Aſſyr. Viuat viuat Holofernes.

Vag. Vllam tibi triumphorum
Non dederunt aſtra legem,

Hæc voluntas eſt Fatorum
Vt vbique tuum Regem
Mille plauſibus æternes.
Cho. Aſſ. Viuat, viuat Holofernes.
Ach. Viuat, æternum viuat
Holofernes Dux meus:
Fælix tamen vt viuat
Non irritetur hebræorum Deus.
De imbecillitate Iudæorum
Cupido triumphorum
Vobis nunc fingit ſomnia,
In Deo tamen ſuo poterunt omnia.
Vag. Achior, ſile, ſile. Tantum audes?
Nec tangeris pudore
Tam infauſto timore
Nunc Holofernes denigrare laudes?
Achior, ſile, ſile. Tantum audes?
Ach. Inſolitum timorem
Si quis damnat in me, damnat amorem.
Hæc ſunt vota, quæ pectus effudit,
Quod vbique triumphet Dux meus.
Sed palmarum hæc cupido
Cordis eſt ſola formido,
Nempe ſciò quot hoſtes iam fudit
Hebræorum fortiſſimus Deus.
Hæc ſunt &c.
Vag. Augur nimis ignorare,
Quid auſpicaris tu? Mortis es reus.
Peribis, infauſte,
Et tecùm peribit
Funeſtum hoc omen.
Nàm vndiquè fauſtè
A pugnis redibit
Aſſyrium nomen;
Peribis &c.
Recedas, ignaue,
Et tecùm recedat
Inſanus hic metus.
Eſt bellum ſuaue
Quocumquè procedat
Triumphans hic cætus.
Recedas &c.

Ach. Insolitum timorem
Si quis damnat in me, damnat amorem.
Vag. Amotem tàm insanum,
Qui tanti Ducis glorias obscurat,
Holofernes non curat.
Eia, pectus prophanum
Vestris telis, ò milites sit meta.
Cho. Ass. Cum vaticinio suo cadat Propheta.
Hol. Sistite. Tanta morte
Decorandum non est pectus tàm vile.
Bethuliam mittatur,
Satis nempè damnatur
Si commune illi sit fatum hostile.
Pete gentes, quas nunc times
O insane Diuinator.
Intrà murum,
Vbi credes te securum,
Palmas colliget sublimes
Holofernes triumphator.
Pete &c.
Ito Nuncia Iudæis
Vt Bethuliæ ruinæ ab armis meis
Præfixa sit quinque dierum meta.
Cho. Ass. Tunc peribis & tu, stulte propheta.
Ach. Ecce Betuliam peto. Tu videbis,
Cum te victum lugebis,
An insanus sim ego,
An veridicus sit hic adulator.
Hol. Ad hebræos nunc festina,
O insane Diuinator.
Feræ stragis,
Quam tu nobis hìc presagis,
Damna tibi iàm vicina
Parat ensis expugnator.
Ad hebræos &c.
Vag. Velocissimis equis
Quintum Solem ad nos ducat Aurora,
Vt vltionis meæ splendeat hora.
Hol. Confide. Cum hebræis
Castigatum à me Achior cernes
Cho. Ass. Viuat viuat Holofernes.

Iudith. Infælices hebræi!
Ab Assyrijs obsessi,
Debellati, depressi
Eritis ergo vos, Conciues mei?
Infælices hebræi?
Bone Deus, vbi es?
Holofernes minitatur;
Iam paratur
Certa clades,
Ni tu ades
Hebræorum sola spes.
Bone &c.
Inter bellicas ambages
Cerno strages
Imminentes,
Ni ruentes
Tu defendis Iudæ res;
Bone &c.

Ozias. Achior, quid dixisti? Tàm vicina
Nobis instat ruina?
Quinque tantum diebus
Stabit Bethulia? In tàm angustis rebus
Ecquis nobis consilium?
Quis, ò Conciues mei, dabit auxilium?
Infælix Bethulia
Obsessa quid ages?
Te fames, te sitis
Torquebit immitis,
Si desunt edulia,
Dùm properant strages.
Infęlix &c.
A tanta ruina
Quis Vrbem auertet?
Iàm tela, iàm hostes
Festinant ad postes,
Et strages vicina
Nos omnes euertet.
A tanta &c.
Nec te pudet Ozias?
Maiestatis æternæ
Coràm ipso Holoferne

Testa-

Teſtatus ego ſum vires ſublimes ,
Et tu (proh pudor !) tu Ozias times ?

Oz. Non Aſſiriæ) phalanges ,
Ach. Nihil timeo)
Oz. Sed in nos pugnabit) Deus.
Ach. Si pro nobis pugnat)
Oz. Iuſto feruet in furore .
Ach. Sed amore
Ipſum franges
Oz. Nimis populus eſt reus .
Ach. Non aſſiriȩ &c.
Nihil &c.

Iud. Quid eſt hoc , quod audiui ?
Ozias expaueſcit ?
Sic diffidit Ozias ? Nec erubeſcit ?
Lȩdit Numinis honorem ,
Si cor timidum deſperat .
Iniuſtum timorem
E corde repelle ;
Te pectus imbelle
Defendere ſperat .
Lædit &c.

Oz. Cordis ſanè virilis
In te laudo , Iudith , miram virtutem ;
Sed quis eſt , qui ſalutem nobis ferat ?


Iud. Lædit Numinis honorem ,
Si cor timidum deſperat .
Bellandi feruorem
Hic ſinus occultat ,
Et manus exultat ,
Vt palmam iàm gerat .
Lædit &c.

Oz. Populo ſitienti
Sed quis intereà miniſtrabit potum ?
Iud. Qui ex nihilo iam creauit totum .
Oz. Oh fides ſumma !
Ach. Oh fȩmina virilis !
Iud. Citò proluet vos ſanguis hoſtilis .
Oz. Ito) fortis , & manum audacem
Iud. Ibo)

Manus

Oz. Manus regat) Cælorum creatrix.
Iud. Manus reget)
Oz. Et afferat) pacem
Iud. Et afferet)
à 2. Plaudentibus ſtellis
Imbellis
Bellatrix.
Oz. Ito) &c.
Iud. Ibo)
In te ſpero mi Deus.
Triumphabit Hebręus
Nam tu hac manu hoſtem ſuperbum ſternes.
Cho. Hebr. Cadat, cadat Holofernes.

Finis Primæ Partis.



PARS SECVNDA.

Iud. AD Holofernis caſtra
Ecce fęlix perueni.
Læta riſerunt aſtra.
In tàm fauſto aduentu
Iam prima Cæli munera delibo.
Fælix veni, fęlicior redibo.
Aſſyriorum Ducem
Nunc ſub auſpicijs tuis, Deus, adibo.
Sic illum, qui deridet
Noſtri furoris arma, amor occidet.
Surge veni, & iam vicinæ
Pugnę lachrimas auerte.
Sine te mille ruinæ,
Mille ſtrages iam ſunt certæ.
Surge &c.
Manus arma omnipotentes
In pręſidium tuorum,
Ne quis dicat inter gentes
Vbi eſt Deus eorum?
Manus &c.
Vag. Non fallor. Ipſe vidi.
Quam pulchra! quam formoſa!

In

 101

In ſinu lilium eſt, in labris roſa,
Da fidem, Holofernes;
Statim ac ipſam cernes,
Holofernes non eris,
Nempè, qui vincis omnes, tu vincèris.
Cuius cor non expugnabit
Tanti vultus pulchritudo?
Si pugnabit
Omnes lædet,
Atque cedet
Ipſa Martis fortitudo.
Cuius &c.
Tanti luminis ardori
Cuius glacies reſiſtet?
Tantus ori
Si eſt vigor,
Ipſe rigor
A rigore nunc deſiſtet.
Tanti &c.
En ad nos appropinquat. Ante tuos
Iam deuoluitur pedes
Dic modo tu ſi meis dictis credes.

Hol. Quid eſt hoc, quod videtis luces meæ?
Proh ſtupor! Tam formoſæ
Sunt mulier hæbreæ?

Iud. Votis meis arride æternum Numen.

Hol. Tanti vultus ad lumen
Ipſa Tonantis iàm vileſcit Læda.
Aſſyrij feſtinate:
Bethuliam expugnate:
Vt euadant veſtra præda
Horum vultuum ſplendores
Nimis dulces ſunt labores.

Hol.
Vag. Tam nobilis oris
Oh quantus eſt ſplendor!

Hol. Iam a fulgidis pupillis
Mille torqueor fauillis,
Et amoris
Mille flammis nunc accendor.
Tam nobilis &c.

Hol.

Hol.
Vag. ,, Pulcherrimæ formæ

,, Quàm mirum eſt genus !
Hol. ,, Quæ confertur cum hac vna
,, Turpis Sol , turpis eſt Luna ,
,, Et deforme
,, Vultu ſquallet ipſa venus .
à 2. ,, Pulcherrimæ &c.
Sed ſurge . Quid acclinis
Genua adoras mea ?
Adoranda es tu , Amoris Dea .
Iud. Teneo te , Dux Magne , nec dimittam ,
Donec , quæ cum hebræis
E ram ſpe deſtituta ;
In verbo tuo ſim com Aſſyrijs tuta .
Hol. Quid times ? iam cor meum euaſiſti .
Si timori nun cedis ,
Holofernem tu lædis
Iud. Oh viuas æternè
Qui cordis languentis
Solamen nunc es .
In ſolo Holoferne
Virtutis cadentis
Eſt poſita ſpes .
Oh viuas &c.
Sereno fulgore
Te ſpectet e Polo
Lætiſſima fax .
In Martis ardore
Te auſpice ſolo
Nunc mihi eſt pax .
Sereno &c.
Ergo Bethuliæ ab imminente ſtrage
Per te tuta Iudith laudabit Deum ?
Hol. Vtinam ò formoſa
Sic tutum apud te foret cor meum .
Iud. Tanta virtus) vbi pugnat
Hol.
Vag. Tantus vultus)
à 3. Reſiſtendi
Cedit ſpes ,

) 152

Hol.) *Vag.*) Omnes) animas expugnat
Iud. Ipſas
Hol.) *Vag.*) Et hac flamma cor accendi
Iud. Et ab ictibus defendi
Hol.) *Vag.*) Erit ſemper cara res
Iud. Erit ſemper vana res
Tanta &c.
Tantus &c.

Hol. Fidę gentes, audite.
In tam pulchra matrona
Omnes adorent Holofernis Deam.
Eundi, redeundi
Arbitrium neget ei nemo proteruus,
Si tanti vultus egomet ſum ſeruus.

Iud. Armis vrbes tu vincis,
Humanitate tua corda deuincis

Hol. Ego fortis bellator terroris,
Sed amoris bellatrix tu es.
Æqua nobis nunc emicant aſtra,
Mihi nempè eſt vincere caſtra,
Tibi corda facilima res.
Ego fortis &c.
„ Ego Martis ſum fulgur inuictum,
„ Sed deuictum nunc cernor à te.
„ Meas tubæ ſacrantur ad laudes,
„ Sed maiori triumpho tu gaudes,
„ Nempè potes deuincere me.
Ego Martis &c.
Mecum veni, ò formoſa,
Et arbitra Holofernis
Illuſtra pede tuo noſtra tentoria.

Iud. Tibi ſemper parere eſt mihi gloria.

Ozi. Heu miſeram Bethuliam!
Ecce iam quintum diem tulit Aurora,
Et reditus Iudith nondùm apparet?
Tuæ ruinæ iam feſtinat hora,
Nec vllum cerno, qui ſubſidium paret?

Meæ

Meæ gentes dolentes nunc plangite
Iam vicinam ruinam, & mortem.
Suſpirando, ſi datur, vos frangite,
Et plorando duriſſimam ſortem.
Meæ gentes &c.
„ Meſte cætus in fletus iuſtiſſimos
„ Veſtrum pectus affectus diſſoluat.
„ Mecum vna vos cerno meſtiſſimos,
„ Ni fortuna ſe citò reuoluat.
„ Meſte cætus &c.

Cho. Hebr. Heu nimis infælices!
Cur peperiſtis nos, ò genitrices?

Ach. Quid eſt hoc, quod audiui?
Sic timori vos ceditis?
Sic diffidendo Deum veſtrum læditis?

Ozi. In tàm dira procella,
Vbi non eſt qui nubila ſerenet,
Quis metum teneat? quis dolorem frenet?

Ach. Præfixa ab Holoferne
Non dùm deceſſit dies.
Confide Ozias, & timorem ſperne.
Proxima forſam eſt optata quies.
Tunc ſanè non pauebis
Quando ſuperbum cor victum videbis.
Mille turbas mille cætus
Deo fretus non timebo.
Strages inter & ruinas
Omnes iras, omnes minas
Ego ſolus irridebo.
Mille &c.
„ Coram telis, coram morte
„ Pectus forte non paueſcet
„ Inter bellicos conflictus
„ Viget animus inuictus
„ Et timore non decreſcet
„ Coram &c.

Vag. Ecce lampas diurna
Medium iam tenet polum. Ad occaſum
Iam declinabit dies.
Et Holofernes dormit? Tanta quies
Meam turbat quietem.

Vo-

Vocetur. Holofernes, Holofernes?
Nec adhuc errubeſcit?
Aut nimium vileſcit.
Iudith inter amores,
Aut æternos Dux meus dormit ſopores.
Sed exercitus clamat.
Quid moror? Excitetur. At quid video?
Sanguine lectus rubet. Holofernes
Hic eſt capite minor?
Ab Iudith (vt opinor)
Hanc amoris mercedem is recepit.
Infælices Aſſirij?
Mulier nos decepit.
Albi vultus inter niues
Sæpè latet dira fax.
In Cometem tranſit ſtella,
Et in corde nutrit bella,
Dùm in vultu ridet pax.
Albi &c.
Pulchro vultui dum credis,
Tunc te lædis, noſtra ſpes.
Si per riſus, & amplexus
Te imbellis vincit ſexus,
Tu incauta nimis es.
Pulchro &c.
Sed per Bethuliæ muros
Tripudiant Hebræi.
Fallor? an Holofernis nunc ab alto
Præbent ſpectandum caput?
Ah ipſum eſt, commilitones mei.
Veloces fugiamus.
Ecce hoſtes exultant,
Et quos obſidebamus,
Ipſi nobis inſultant.
Cho. Hebr. Eia tubæ triumphales
Lætam canite victoriam.
Iud. Vicimus, ò Bethulia. Holofernis
Superbiſſimum caput
Obtruncatum à me ecce tu cernis.
Quò euaſerunt minæ?
Vbi ſtrages nunc ſunt? Vbi ruinæ?

Exul-

Exultate Iudæi. Nunc ſpectatis
Quàm turbauerit vos timor inſanus,
Si quem vos timebatis,
Mollis deuicit, & imbellis manus.

Ach. Fortis mulier, viciſti. Per te lætus
Nunc triumphat hebræus.
Sed quis non vincet, dum aſſiſtit Deus?

Oz. Iudith, mei timoris
Coràm virtute tua fateor pudorem.
Tibi verò maiorem
Ipſe timore meo gloriam paraui.
Iubilo, ſi expaui,
Et quò maior iam mihi erat mæſtitia,
Nunc eſt à palma tua maior lætitia.

Ach. Magis cara poſt dolores
Dulcis pax venis ad nos.
Sic poſt nubium horrores
Solis cari ſunt fulgores,
Poſtque ſpinas carus flos.
Magis &c.
Tibi laudes Iudith ſint immortales.

Iud. Soli Deo da gloriam.

Cho. Hebr. Eia tubæ triumphales
Lætam canite victoriam.

Iud. Et arbiter pacis
Et arbiter belli
Dum omnia regis,
O Deus, tu ſis.
En Ducis audacis
En barbari Regis
A fæmina imbelli
Deluditur vis
Et arbiter &c.
Ad laudem nunc Dei
Tam grandis trophei
Seruemus memoriam.

Cho. Heb. Eia tubæ triumphales
Lætam canite Victoriam.

FINIS.